

parte, perchè habiamo veduto esser stà tagliati et strapazzati in gipponi et calze bigarate et coperte a li cavalli con le arme et veste a le cortesane, et vestiti buffoni et ragazzi, come se fusse stato di tela. Orsù non più, perchè non bastaria altranta carta a scriver in parte de la miseria universale; ma per quanto ho scritto, se pò considerare el resto, et pur fosamo al fine.

Copia del Breve del Papa.

CLEMENS PAPA SEPTIMUS.

Motu proprio etc. Cupientes saluti animarum omnium Christi fidelium utriusque sexus, qui in hoc castro Sancti Angeli existent, plene consulere, ac desiderantes ut preces quas pro nostra et eorum liberatione ad Deum nobiscum iugiter effundunt misericorditer exaudiantur, eisdem omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus, presbiterum, saecularem, vel cuiusvis ordinis regularem, et in episcopali ac archiepiscopali dignitate constitutum eligenda, ipsique presbitero et in simili dignitate constituto eisdem Christi fideles, etiam cardinalatus honore ac pontificali etiam archiepiscopali dignitate fulgentes eorumque confessionibus diligenter auditis ab omnibus ecclesiasticis sententiis, censuris, interdictis et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis et promulgatis, nec non ac non a quibuscumque omnibus excessibus et delictis quantumcumque gravibus et enormibus etiam Sedi Apostolicae resignatis et in Bulla *Coenae Domini* contentis per eos perpetratis ac etiam ab homicidiis voluntariis libere et plenissime absolventi et super quacumque irregularitate quavis occasione vel causa etiam ratione simoniae et homicidii voluntarii ac ordinum etiam per . . . simoniae tam collatorum, quam susceptorum per eos contracta dispensandi, etiam si horas canonicas registrare omiserint et fructus beneficiorum suorum cuiuscumque valoris male perceperint, ita quod beneficia etiam simoniae adepti retinere, et in susceptis ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare ac pontificalia officia exercere
95* in foro conscientiae, dumtaxat libere et licite valent concedenda ac etiam quaecumque vota religionis et castitatis dumtaxat exceptis commutandi ac supra omnibus aliis utcumque maioribus et enormioribus ad quae summa pontificalis auctoritas nostra se extendit absolventi et dispensandi, ac plenariam indulgentiam concedendi, et ad illam

innocentiam in qua erant suscepti baptismatis integre restituendi, plenam et liberam facultatem concedimus. Volumus autem quod praesens gratia usque ad festum Pentecosti proxime futurum inclusive duret, etiam si contingeret eos interim a praesenti obsidione castri huiusmodi liberari, quod Deus sua pietate ac misericordia concedere dignetur, et quod praesentis motus proprii etiam sine illius registratura sola signatura sufficiat.

Die XXIX Maii 1527, Pontificatus nostri anno quarto.

Placet motu proprio.

Questi sono morti da peste da poi il sacco di Roma, in Roma et in castello. 96

Il cardinal Jacobacio,
Barocio, clerico di Camera,
Vulfango, maestro di Poncela,
Ferdinando da san Zulian, secretario,
Cabredo, scrittor apostolico,
L' abate di Nazara, scrittor apostolico,
Francesco da Vega, scrittor apostolico,
Pietro de Aguilar, notaro di Rota,
Rincon, scrittor apostolico,
Zuffredo, scrittor apostolico,
Il regente de la Cancelleria, Copis,
Il decano compostellano,
Il vescovo di Osca,
Ullioleter, scrittor apostolico,
Berengario Sava, scrittor apostolico,
Mercurio, auditor di Rota,
Bertin, maestro di registro,
Genaro di Prato, abbreviator *de parco maiori*,
Domenico di Maximi, romano ricchissimo,
Tarquinio Santa Croce con la moglie, romano,
Joan Battista de Senis, avochato,
Pietro Paulo Mellino, romano,
Florido, notario,
Alberto Serea,
Quintello,
Joan de Leon cubiculario,
Achille dalla Volta,
Saporito, in Genoa, pur da peste,
Il cardinal Rangon,
Il cardinal Ponzeto napolitano.